



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Malasegued n. 26

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

cap. 14. fo. 419. his verbis refertur. Horaria machina aliquantum aberrauerat, forte in Eunuchis non satis erat ingenij, aut etiam animi ad eam moderandam: ergo de voluntate Regis illam in domum ad reparandum detulerunt; biduo igitur, triduoque, ubi hoc innotuit, magni ad nos facti concursus, id forte Rex rescivit, & in posterum illam machinam efferrı vetuit, sed cum opus esset, nostros in Palatium venire voluit; quae res magnam benevolentiae Regis erga nostros conceptae opinionem apud omnes concitauit.

Et benevolentia singularis

# A R E G I B V S

## Æ T H I O P I Æ.

25. \* **A** SELTAN-SEGVED Summo Imperatore tanti Societatem faciente, ut sponderet, Se post Deum illi famulaturum: qui etiam non verebatur Nostros appellare Magistros, ac Patres. Ita refertur in Relat. rerum Æthiop. lib. 2. cap. 13.

Societas quantum ab Æthiopicis Regibus aestimata?

26. \* **A** MALA-SEGVED. Qui publicè testabatur, se Societatis Patribus Dei seruis faurum, quia nullus præ illis suum fauorem merebatur. Sic L. 1. Hist. Orient. c. 10. per Franciscum Suarez scripta.

27. **A** ZALADINO MAHEMETE Magni Mogoris literis ad Societatis Prouincialem Goæ commorantem, quibus Nostrorum expeditionem ad Mogores Æthiopiæ Incolas, expetebat; & earum verba hæc erant: Ad Patrem præcipuum in nomine Domini literæ Zaladini Mahemetis Echebarisæ Regis manu Dei constituti. Patres Collegij Sancti Pauli primores, scitote me vobis valde amicum esse. Mitto isthuc Ebadolam legatum meum, & Dominicum Perium (hic erat Christianus Interpres) petitum vt ad me duos Patres doctos mittatis, librosque legis, & nominatim Euangelium, & legem, eiusque perfectionem

Expetita literis à Mogorenfi.